



Vos invito in Paradisum!


In regno fabuloso Prebyteri Iohannis

In aliquibus chartis geographicis Asiae centralis aut Africa subequatorialis, appetet homunculus in solio, corona praeditus et cum habitu monachi.

Est fabulosus Presbyter Iohannes, rex provecta aetate, qui primus in Asia adhaesit religioni Christianae. Nam, post primam diffusionem Christianitatis cum apostolo Sancto Thomas, in illas regiones se confugerant heretici Nestorii sequaces, heretici qui in Christo asserebat solam naturam humanam. Presbiter Iohannes ex illis fuit et regnum Christianum fundavit extensum ab Arabica paeninsula usque ad extremam Asiam.



Posterius, ob cladem in bello contra imperatorem Chinensem Gengis Khan, eius regnum translatum est in Aethiopiam, ubi iamdiu vigebat fides Christiana.



in eo erant etiam flumen e gemmis pretiosis, aliud e lacte et melle, et erat solum regnum ubi adolescebant gramina absinthii, consideratus fructuos utilia ad bellandum malum.

Dominus vivebat in oppido e gemmis et auro, ubi, per speculum videbat actiones civium sui regni. Praeterea, ibi non exsistebant egestas, fames et aegritudines. Denique, vere Paradisus!

Phantastici monstri!

Pumiliones: Creaturae humiles, possunt vivere vel 350 annos. Elementum quod eos denotat longa barba est. Nani obstinati, suspicaces et diffidentes sunt, atqui generosi et fideles nisi fallacia captentur. In oppidis sub terra vivunt et dicitur illos deditos esse bello, ferri opificio et fondinis in ima terra.

Cyclopes: Gigantes agrestes, cum uno oculo sunt, in Sicilia praesertim locantur in solitudine in litore et antris. Sine legibus nec fide, agros non colebant quod arbores et fruges sponte ibi crescebant. Praeterea, pascum ovium exercebant, ut in Homero etiamnunc legimus.

Sciapodes: Fabularia animalia sunt quae in Greciae septemtrione vivunt. Unus pedes immanis eis est, quocum saltus vel maximos faciunt. Totum diem degunt iacentes sub sole, et pede se recipiunt e sole aut imbre. Profecto, non pes fatae!



Blemmyae: Sine capite, cum oculis et ore in pectore, in Lybiae desertis communiter vivunt. Carnem cum sanguine edebant et eorum halitus infestus causa erat confusionis illi qui forte adisset.

At re vera caput erat post scutum, in quo picti erant oculi, nasus et os cum dentibus!



Panozi: velum in capite?



Mulier Mursa

Non, sunt aures longae, quibus, ut fabulosus Dumbo, volabant celeres in coelo et terra. Erant fortasse mulieres Mursa, quae etiamnunc prolaxant labia et aurium lobos, putantes se pulchriores hoc miro modo!



Sirenes: Venustae creaturae cum vultu mulieris et piscis aut avis corpore, in mari profundo cum piscibus vivebant. Earum dulcis cantus, formosa pulchritudo nautas incantabant, at naves exinde quassabantur et nautae ipsi necabantur.

Bellae et impossibles!

